



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De custodia scripturarum in Cancellaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Studeat vero dietim extrahere unde  
cunque opus est, quidquid referendum  
est vel summatum vel extensè in libros  
& indices varios, quos in Cancellaria  
haberi iustum est; nè si mora interpo-  
satur, res postea difficultior fiat: idque  
in omnibus & que seruetur.  
Memorialia etiam, & scripta quæcumque  
sibi vnde cunque data, allatae, si  
quid perspicuitatis, vel utilitatis maiori  
ris afferre aliquando possunt negotiis,  
quæ inde in libros vel indices Cancella-  
riæ relata & descripta sunt.

Curet, quidm diligentissime Cancella-  
rius, adhibita etiam opera & cura Pro-  
motoris fisci, ut peracto Paschatis Re-  
surrectionis festo, Parochi, & alijs Con-  
fessorij sacerdotes urbis, infra quindecim  
dies exhibeant in Cancellaria li-  
bros indicesve, in quibus eorum, quo-  
rum confessiones in Paschate audierunt,  
nomina notata sint; tum Parochi cedu-  
las de communione in actu ministratio-  
nis communionis Paschatis ex forma in  
fractionum nostratum super eo rece-  
ptas, easque promotoris ipsi cum Paro-  
chis videant & recognoscant diligenter;  
& conferant nomina in libris & in  
indices confessorum relata, aut etiam in  
libris animarum statas parochiz confe-  
ssis descriptæ, cum exhibitis cedulais: &  
inde cura cuiusq; Parochi adhibita col-  
ligant, qui inconfessi remanserint, aut  
deorum communionem non sumplerint  
in Paschate; & in libros Cancellariæ re-  
ferant uno loco, cum causa ob quam in-  
confessi sint; tum præterea ad Vicarium  
Generalem relata referant, ut agatur  
contra illos ad præscriptum Decreto-  
rum Prouincialium, & instructionum,  
omnibus remedij.

In Diœcesi vero Vicariorum Foraneo-  
rum cura sit, libris ac cedulais per ipsos  
diligerent ut supra cum Parochis recog-  
nitis & collatis inuicem, cum modo  
execundi ad præscriptum contra in-  
confessos, & non communicatos, tum ce-  
dulas, & indices affluare usque ad pro-  
ximam visitationem nostrorum Visitato-  
rum, etiam generalium; tum nomi-  
num eorum ad Cancellariam infra mem-  
sem exhibere notam, ad præscriptum re-  
ferendam in eisdem libris.

Cancellatio curæ sit, singulis annis col-  
ligere à Parochis, & aliis, utputa depu-  
tatis locorum piorum, indices, & denun-  
ciations legatorum piorum eo anno fa-  
torum, & alias huiusmodi denunciatio-  
nes certis anni temporibus fieri debitas:  
habeatque præterea indices singulo-  
rum, quæ eas facere debent; & si qui sta-  
tuto tempore non fecerint, det notam  
Promotoribus Fisci; ut vel agant ad po-  
nam contra ipsos, vel saltē compel-  
lant præstare quod debent.

Libri à Parochis in Archiuum quota  
annis deferendi, & afferandi.  
Liber baptisrorum, sibi tali alii omni  
Chrismatorum, & in locis, atque omniis  
Matrimoniorum, & in locis, status  
animarum, libri etiam confessi à Magistro Cer-  
emoniarum, deferendi sunt ad Archiu-  
um singulis annis.

De custodia scripturarum in Can-  
cellaria.

Nuentarium omnium & singularium  
scripturarum, librorum, indicumque  
prædictorum semel ab initio seriatis  
conficiantur, cum interuentu Cancellarij  
deputandi per Archiepiscopum; cui co-  
piam in forma authenticæ consignet Can-  
cellarius; tum deinde dietimi notet que-  
cunque in dies reperit, atque inuen-  
tio illi addat suo tempore; inuentariæ  
ac scripta, & diarium librum de quo in-  
tra, recognoscenda Archiepiscopo ex-  
hibeat, quoties uislerit.  
Literæ Apostolicæ originales de facul-  
tatis & priuilegiis huius Ecclesiæ, vel  
Archiepiscoporum, & de fundationi-  
bus, ordinationibus, & translationibus  
perpetuis magni momenti, & de aliis  
grauioribus materiis, primò exemplatae  
in libro in forma authenticæ, tum etiam  
extracta copia in foliis separatis, non  
modo ipsa originalia, sed etiam liber  
authenticus, in quo exemplata sunt, re-  
condantur in Archiuo Cancellariæ lo-  
co tunc i sub tribus clauibus; quarum  
altera sit penes Archiepiscopum, altera  
penes Cancellarium, ter tia penes oco-  
notum measse Archiepiscopalis: nec  
vñquam originalia extrahatur, sine cau-  
sa gravi Archiepiscopi ipsius iudicio.

Folia

Folia verò in quibus copia est, sive penes Cancellarium sub clavi, pro vslu quo tidiano vt opus erit.

Similiter sub eisdem tribus clavibus seruentur acta & decreta Cöciliorum Provincialium cum subscriptione Episcoporum, & acta Dioces. tum decreta, constitutiones, reformationes, & fori Archiepiscopalis taxæ, & alia eiusmodi descripta in forma authenticæ, & etiam processus grauiores in causis iurisdictionis ecclesiasticae: neque unquam extrahantur, nisi vt supra.

Sic etiam sub tribus clavibus seruentur processus causarū Sanctæ Inquisitionis. Harum clavum tertium, non øconomio, sed Vicario Criminali curæ erit.

Denique sub tribus clavibus seruentur omnia ad penitentiariam pertinentia; sed tertia clavis non penes Vicarium, aut øconomum, sed penes penitentiarium seruetur.

Instrumenta alia, & scripturæ authenticæ, & brevia Apostolica, fundationes capellarum, & alia eiusmodi, nunquam extrahantur ab Archivio; sed eorum copia vel exempla habeantur tradenda cum opus fuerit: sed tamen si quando Archiepiscopo, vel Vicario Generali, aliive Vicario, vel alicui ex visitatoribus, Præfectoris, vel huiusmodi Iudicibus opus fuerit inspectione originalis, apsemet Cancellarius, vel unus ex eius substitutis illud deferat ac exhibeat inspicendum; idq; reportet in Archivum. Processus Monialium, & virorum Regularium, sub duabus clavibus seruentur: quarum una seruetur penes Cancellarium, altera verò penes Vicarium Monialium: & si virorum Regularium sit, penes Archiepiscopum.

Reliquæ scripta Archivii non authenticæ, vt informationes, & copiae instrumentorum, vel alia, tradi possunt aliquando Vicariis, & Visitatoribus, ac aliis huiusmodi, cum opus erit: hac tamen ratione seruata; vt si quando opus erit visitatori actis visitationis, Cancellarius det illi primam copiam, scilicet in foliis scriptam, recepta à præfato Visitatore cedula restituenda, cum primum illi restituerit scripturas.

Consignes verò per inuentarium dili-

genter singulas scripturas, quæ coniunctæ erunt illis actis.

Regesta, & filiae literarum custodiantur sub vna clave.

Habeat quæq; porta Ciuitatis, & plebs Diocesis Scrimniū, & præterea saccum; in quo reponantur scripta, & iure ecclesiastica in fasciculis colligata, notataque per numerum.

Scrimnium integrum literarum & regestrorum Vicariorum, Visitatorum, aliquamve.

Recondantur in alio Scrimnio oēs actorum libri ( utputa professionem fidei, consecrationum, translationum reliquiarum) tripliciter distincti, scilicet, Primo qui pertinent ad Ecclesiæ, & iura Ecclesiæ, & piorum locorum: Secundò, qui pertinent ad mores cleri: Tertiò, qui pertinent ad mores populi. Parochorum libri, quos exhibent, veluti Matrimoniorum, Baptizatorum, &c. ponantur sub suis Parochiis.

Libri authenticæ qui passim præ manibus sunt habendi, in Cancellaria ponantur, quod commodius habeantur; seruata tamè semper quod magis poterit, rerum personarum, & locorum distinctione. Indices verò non authenticæ, in alio armario distincti tripliciter quantum possint, vt supra.

Scrimnū bene tutum in loco remotori, pro processibus, & rebus ad Sanctum Inquisitionis officium pertinentibus. Armarium distinctum pro Regularibus viris, & Monialibus.

Itidem de rebus Provinciæ seruetur. Armaria distincta plura de rebus communib; in materiis vniuersalibus.

Hæc verò distinctis armariis seruandas sunt, vt in vario genere sunt. Nam alia sunt ad reformationem pertinentia: & hæc, vel vniuersalia, vt Bullæ Apostolicæ ad totum orbem Christianum pertinentes, vel ad vsum vrbis Romæ tantum, vt reformatio penitentia, & eiusmodi &c. vel aliarum variarum ciuitatum, quæ exemplo seruire possunt huic ecclesiæ, vt varia concilia extra Provincialia vel Diocesana, edita etiam Episcopalia; vel denique huius ciuitatis, vt Instructiones Visitatorum, Constitutio-nes, & reformationes huius Ecclesiæ.

materiæ Decretorum, Constitutiones,  
& libri ad id pertinentes.

Concilia varia.

Ordinationes variae datæ Clero.

Tabellæ ad disciplinam Cleri pertinen-  
tes.

Quæ pertinent ad librum ritualem, vel  
ad cœremoniale Missæ.

Tabellæ Punctatorū, & alia huiusmodi.  
Generales ordinationes ad populum  
pertinentes, quales sunt.

Institutiones, ordinationes.

Regula Corporis Christi.

Charitatis.

Sanctæ Annæ.

Item aliæ societates laitorum vniuer-  
sities.

Priuilegia illis concessa.

Banna etiam Gubernatoris, & magistra-  
tuu[m] laicorum, ad mores aliquo modo  
pertinentia.

Alia verò sunt distinctè seruanda, Com-  
munia quidem, sed non ad reformatio-  
nem spectantia; vt edicta Ecclesiastica  
vel laicalia, de abudantia bladorum, de  
aquis deducendis, de peste cauenda, &c.  
Sic alia scrinia pro recondendis aliis  
variis scripturis communibus.

De editione scripturarum, & earum  
taxis.

**C**ancellarius animaduertat, ut in fin-  
gulis expeditionibus alicui traden-  
dis sic procedatur, vt coniungantur que-  
bōperet, pro ratione illius expeditionis  
vel consequendæ, vel in vsum adhiben-  
dæ: exempli causa, ne tradat literas pro-  
visionis beneficii Curati ante emissam  
ab illo professionem fidei, & iuramen-  
tum debitum, ex præscripto literarum  
Apostolicarum, & Concilij Tridentini,  
& Provincialium: sic de professione fi-  
dei seruetur in traditione facultatis con-  
cionandi, vel profitandi, aut quovis mo-  
do docendi: sic concionatoribus, & con-  
fessariis regularibus tradat instruc-  
tiones nostras de ratione seruanda in mu-  
nere illo præstanto; tum sigillatim in  
loco illo pro ratione sua indigentia, vt  
Archiepiscopus iussérit: sic de aliis.

Notetq[ue] cui tradita instrunctiones sint.  
Si quando autem ob inopiam indigen-  
tiam loci, ac necessitatem illius inco-

tarum, admittitur aliquis ad concionan-  
tibus, aut confessores audiendas,  
aut curam animarum gerendam, alio-  
quin non ferendus ob imperitiam, alia-  
ve ob causam: tunc ne expedit literas  
patentes, vnde alibi censeatur ad ea mun-  
nera probatus; sed det literas Archiepi-  
scopales clausas ad Vicarium foraneum,  
aut Visitatorem præfectumve illius re-  
gionis, aut ad Parochum, quibus liceat  
illos eo solum certo loco, certoque tem-  
poris bteui spatio præscripto, pro ra-  
tione necessitatis loci in illis muneri-  
bus versari; neque tamen approbationem  
ostentare, vt examinis iudicis alio  
tempore in nostra vel alia Diocesi hoc  
comprobacionis testimonio effugiat, &  
aliquando contingit.

Habent librum Diarium; in quo descri-  
bentur dietim scripta omnia quæ con-  
tigerit dari extra Archiu[m]: cum au-  
tem restituetur Cancellario, statim par-  
ta vnaquaque scripturarum restitu-  
tarum deleatur.

Cancellarii notarii tam ciuilium quam  
criminalium causarum, acta, instrumen-  
ta, processusve originales Cacellarij re-  
cepti, atque fabricati, per se aut alios, ex  
quauis causa, etiam videndi tatu[m], nun-  
quam exhibeant nisi ad eorum ban-  
cum, vel in loco Archiu[m], & Cancella-  
riæ; idque sine aliqua mercede faciant:  
aliò verò transferre, etiam per nuncios  
quantumvis sibi fidos nō audeant; etiam  
si partium consensus adesset: qui secus  
fecerit, arbitrio Archiepiscopi grauitate  
puniatur, & parti etiam læse pro suo im-  
teresse satisfaciat.

Caveant Cancellarius, & Notarii sub-  
stituti criminales, nè alicui tradant co-  
piam alicuius processus, sententiaz, de-  
positionum testium, seu alterius scriptu-  
ræ, sine licentia Vicarii Criminalis aut  
Generalis sibi in scriptis danda; sub pe-  
na priuationis officii, ac aliis arbitrio  
Reuerendissimi Archiepiscopi impo-  
nendis.

Si quādo ab Archiepiscopo, Vicario Ge-  
nerali, Præfecto vel Visitatore, vel à Pi-  
scali, vel alio eiusmodi Ministro signifi-  
candum erit, vt nihil transeat in ali-  
qua materia, seu expeditione; Cacel-  
lario curæ sit, tum cauere, tum significa-